

Marquardus de Suo fannis.

Et quid sapere barefum sit iuxta P. Suarezum.

explicemus iuxta id quod habet P. Suarez *Diss. 19. de Fide. Sect. 2. n. 16. & 17.* mirè con-

gruit. Obseruat enim verbum *Sapere* per me-

taphoram significare non esse claram & cer-

tam hæresim, sed habere quemdam saporem

ius : quia magnam quidem speciem hæresis

habet, eo quod ex illa, coaſtumptis aliis prin-

cipis in Ecclesia valde receptis, & ferè certis,

ex illis sequitur hæresis, probabilitissima, &

communiter receptâ consequentiâ. Quod ita

in præſenti applicari potest: Nam ex hac pro-

positione: Papa errare potest in ſolemni do-

natione factâ Catholicio Principi poſt matu-

rissimam conſiderationem, & conſultationem,

in ordine ad conuerſionem mundi, aut ma-

xiſa illius partis. Et ex alia: Errare etiam po-

test, quamvis id ſpectet ad tollenda impedi-
menta conuerſionis, ſequitur probabilitissima con-

sequentiâ non habere abſolutam potestate-
ad propagandum Euangeliū per orbem vniuersum; aut etiam non habere materialem

gladium in omnes oues Christi, contra Bo-

nifacij Ostau definitionem, de qua n. 1.

*Alia expli-
catio ſapo-
ri hæresi-
& illius
accommo-
dationi.*

20. Si autem huiusmodi qualitatem expli-
cemos iuxta Alfonſum de Caſtro apud P. Sua-
rez ſupr., & alios; ex quibus P. Turrianus in
Selectis. Par. 2. Difſut. 30. Dub. 1. quod pro-
positio ſapiens hæresim fit illa, quæ primâ fa-
cie, & ex iſoli terminis ſpectata, hæresim p-
refeſerat; quamvis intiuſius inſpecta, ſenſum poſ-
ſit habere Catholicum: facile etiam potest ap-
plicari. Nam afferere Papam errare poſſe, me-
dia adhibendo conuerſionem mundi, qua poſt
maturam conſiderationem, & conſultationem
ſunt conuenientia iudicata, pro quibus eſt fo-
liemis Conſtitutio vulgata; ſpeciem habet hæ-
resis, quamvis forte aliqui iuxta Catholicum
ſenſum velint aſſertione huiusmodi declarare.

21. Quibus addo, iuxta id, quod à P. Sua-

rio de ſapori eſt dictum, poſte etiam propo-

ſitionem dictam ita exponi, vt fit ea, quæ p-
reterquam quod malè ſonat, ſapida eſt hereticis,

qui illam libenter uſurpat, & paſſim incul-

cant, cum religionis Christianæ dedecore:

quod accidit in præſenti. Clamant enim illi

iteratis clamoribus & irriſionibus contra A-

lexandrum Sextum & eiudem donationem,

negantes Pontifici tamē à Christo traditam

potestatem. Et his ipſis diebus Caramuëlis e-

dicta ſic blaterant: Vnde in Papa poſteſt ad

affena inuitis dominis tribuenda, cum Christus

cuius ille ſe gloriatur eſſe Vicarium, ab eorum

diuſione inter fratres abſtinuerit, ad quod

fuerat inuitatus? Homo (aitille) quiſ me conſtituit in diuſorem auſt diuſorem ſuper vos? *Luca 12.*

v. 14.

*Diviſio he-
reditatis
inter fra-
tres cur à
Christo re-
cusaſta.*

22. Quod argumentum in Anglicanos

Principes poſteſt validius retorqueri, qui ſe

Christi vicarios in Anglicanae Eccleſia con-

tentunt. Quomodo ergo non ſolū iam al-

liena diuīdunt, ſed & diripiunt, Indicas diuītias

piraticis aggressionibus deprædantes? Po-

terat quidem Christus id facere, quod ab eo ho-

mo ille, hereditate inuitè fraudatus poſtulabat,

vt negare poſteſt nullus: erat enim aſtio hone-

ſta, & circa iuſtiſia obſeruantiam verfabatur:

noluit tamen, quia minūs tunc congruentem

iudicauit: cū enim diuītarum, & mundi
contemptum p-reditare, bona cæleſtia pro-
mittens, circa diuīſionem terrenorum renuit
occupari. Et quidem qui rogapat illum, tali
re pulſa, magis aptus Dei regno, & ſequelæ ip-
ſius: quia magnam quidem ſpeciem hæresis
habet, eo quod ex illa, coaſtumptis aliis prin-
cipiis in Eccleſia valde receptis, & ferè certis,

ex illis ſequitur hæresis, probabilitissima, &
communiter receptâ conſequentiâ. Quod ita
in præſenti applicari poſt: Nam ex hac pro-
positione: Papa errare poſteſt in ſolemni do-
natione factâ Catholicio Principi poſt matu-
rissimam conſiderationem, & conſultationem,

in ordine ad conuerſionem mundi, aut ma-
xiſa illius partis. Et ex alia: Errare etiam po-
test, quamvis id ſpectet ad tollenda impedi-
menta conuerſionis, ſequitur probabilitissima con-

sequentiâ non habere abſolutam potestate-
ad propagandum Euangeliū per orbem vniuersum; aut etiam non habere materialem

gladium in omnes oues Christi, contra Bo-

nifacij Ostau definitionem, de qua n. 1.

Admittere illa, ſi ad ſalutem ſpiritualē penitus expedit.

*Vnde pro dona-
tione Pon-
tificis ar-
gumentū.*

*2. Tim. 2.
v. 4.*

Seculariſ negotiorum ut deceat tradiſatio.

Hæretici penitus obſtendunt.

Extenore Pontificia conſeffit.

Pontificis obſtendit.

*2. Tim. 2.
v. 4.*

*Quibus in-
ſtigat, ne uitia in-
ſtigat auxiliari in
bello.*

ione. Si autem fit iustum; tunc iuxta dicta Cap. præcedenti, cum diſtincione videtur respondendum. Nam vel Regi Catholico uti-
lius eſt, vt iſi, cui bellum infertur, in talis terra poſſeſſione fit; & ſic impideſt utā conſci-
tiā potefit; quia terra illius eſt abſolutus do-
minus, licet ſubditus principem in tali ſuſ-
tineat poſſeſſione. Vel utiſi non eſt: & ſic ne-
quit alterius uilitatem impideſt ex iuſta vindi-
cta prouenientem. Id tamen limitandum, niſi
Rex Catholicus alia viā poſſit efficere ut laſo
principi is, qui leſit, iuſtam ſatisfactionem ex-
hibeat; tunc enim bellum deberet prohibere,
quod eſt malorum maximum, quia malorum
irreparabilium infelicitum aggreſum.
Arma enim non ſeruant modum, vt a Seneca di-
ctum in Hercule fuente. Tragœdia 1. Hinc de
Bellona Tertullianus in Libro de Pallio Cap. 4.
ſic ait: Ob diuinaſ aſſeſtationem tenebrice veſtis,
& tetrici ſuper caput velleris, in Bellona montes
ſugantur. Sic ille. Tenebricosum namque,
furuum, tetricum, & nigrum indumentum,
po ſignificandi ingentibus bellorum malis
notanter deſtinatum. Pro quibus videri poſt
P. Adamus Contzen Lib. 10. Politurom. Cap. 2.

24. De hereticis autem videtur abſque dubio teneri Regem Catholicum pro viribus ſemper obſtare, quod minūs terras occupent,
quarum ipſe eſt dominus à Sede Apoſtolica
conſtitutus. Hac enim conditione talis facta
donatio, vt ex tenore confeſſionis apparet in
citatis Bullis Cap. præced. §. 1. præſertim in
Bulla priori Alexandri Sexti, in qua ſic ille:
Nos igitur huiusmodi veſtrum ſanctum & laudabi-
le propoſitum plurimum in Domino commendantes,
& cupientes ut illud ad debitu finem perducatur,
& iſipſum nomē Salvatoris noſtri in partibus illis in-
ducatur: hortamus vos quamplurimum in Domi-
no, & per Sacri Lanacriuſ ſuſcepſionem, quā manda-
tis Apoſtolicis obligati eſtis, & viſera misericor-
die Domini noſtri IESU Christi attenēdū requiri-
mus, vt cum expeditionibus huiusmodi omnino prosequi-
& abſoluere probabile, Orthodoxye ſidei zelo in-
tendatis, populos in huiusmodi iuſtis & terris de-
gentes ad Christianam religionem ſuſcipiendam in-
ducere velitis, & debeat. & vt tanti negotiis
provinciam Apoſtolicā gratia largitate donati, libe-
rius & audacius aſſumatis, &c. omnes iuſtas, &
terrā ſirmas inuentas & inueniendas &c. Cū
ergo Rex Catholicus negotium fidei ex vi do-
nationis huiusmodi ſolertia agere debeat:
consequens eſt ut nequeat permittere hereti-
cos in portibus Indiarum pedem figere: ex
eo enim manifeſtē fieret Indiarum incolas per-
uerſis dogmatibus imbuendos, & intentionem
Pontificum in prædicta donatione fruſtran-
dam; contra quorum non ſolū monitionem,
ſed præceptum tendit, gratiibus adeo
& manifeſtis verbis intimatum.

25. Videant ergo Reges Catholici, vi-
deant eorum Conſiliarij, quomodo paſta cir-
ca huiusmodi occupationem cum hereticis
ineantur, oues Christi Petro & Vicariis ſuc-
cessoribus ab eodem comiſſis, & ab iis illo-
rum cura, cuſtodiā, prouidentiā, & pietati,
lupis tradendo, qui diſpergant & rapiant, iu-
ſta attestationem ſummi verique Paſtoris. Ioan-

10. v. 12. & lupus rapit, & diſpergit otes. Cir-
ca quod ſic P. Maldonatus: Lupi hereticī ſunt,
preſerim Caluiniani homines, fraudis & crudeli-
tis pleni: que res potiſſimum due maximē proprie-
tati lupi. Sic ille. Congruit & illud. v. 16. &
alias oues habeo, que non ſunt ex hoc ouili, & il-
las oportet me adducere. Oportet inquam, quia
neceſſarium, vt citatus docet interpres, quō
exactior nullus: Vi neceſſatatem ſignificet, non il-
lam quidem abſolutam, quam Theologi vocant, ſed
neceſſatatem ex hypotheti. Oportet me adducere, ut
ſalutē ſint, aliqui peritura. Aut, Oportet me ad-
ducere, ut omnibus paribus officiū mei ſatisfaciam.

*P. Malde-
nat.*

v. 16.

*Quid An-
gli circa
ſediuſ cum
Hispanis.*

*conquer-
tur, &
qualiter
ſediuſ deit-
cepſi inſun-
dum.*

*Rex Ca-
tholicus
conditiones
donationis
debet ad-
implore, ad
quod poſt
à Pontifice
compelli.*

*Cap. Cū
ſediuſ pro-
prium.*

*Ca. Quod
omnes.*

§. II.

Circa Christianos Principes resolutio affirmativa.

Clara circa Christi annos Principes prohibitio.

Bulla Alexandri VI.

Manifesta sanè est circa illos prohibito in citata Bulla, & in alia, quæ incipit, Dudum squidem, in qua sic idem: *Nos volentes etiam vos sauvoribus prosequi gratiosis, mou, & sienia, & potestatis Apostolica similibus, donationem, concessionem, assignationem, & litteras praedicas, cum omnibus & singulis in eisdem litteris contentis clausulis, ad omnes & singulas insulas, & terras firmas, inuenientas & inueniendas, ac detectas & detegendas, quam eo ipso, si contra fecerint, incurvant, districetius inhabebemus, ne ad insulas, & terras firmas inuenientas & inueniendas, detectas & detegendas, versus Occidentem & Meridiem fabricando & construendo linea à Polo Arctico ad Polum Antarticum, sive terra firma & insula inuenta & inuenienda sunt versus Indianam, aut versus aliam quamcumque partem; que linea distet à qualibet insularum, quæ vulgariter vocantur los Azores, & Cabo Verde, centum leucas versus Occidentem & Meridiem, ut praesertim, pro mercibus habendis, vel quavis alia de causa accedere præsumant, absque vestra, atque hæredum & successoribus vestrorum praedictorum licentia. Non obstantibus eis. Sic Pontifex, qui distantiam illam lineam ad ducendas & septuaginta leucas extendit, Herrera decade 1. lib. 2. cap. 10.*

Ad terras non detinendas prohibitionem extendit ex parte eiusdem ostenditur.

Atque adeò, mens Pontifice videatur esse expressa, in fauorem regnum Hispaniæ, his verbis: *Ita quod omnes insulae, & terra firma, reperire & reperiende, detecta & detegenda, à praefata linea versus Occidentem & Meridiem, per alium Regem aut Principem Christianum non fuerint actualiter posse, usque ad diem Natuitatis Domini nostri Iesu Christi proximè præteritum, à quo incipit annus praesens millesimus quadragesimus tertius, quando fuerunt per nuntios & capitaneos vestros inuenient aliquæ prædictarum insularum, auctoritate Omnipotens Dei, & cætera, quæ donationem continent posita. num. 2. Et post ipsam sic subdit: Decernentes nihilominus per huiusmodi donationem, concessionem, & assignationem nostram, nulli Christiano Principi, qui actualiter praefatas insulas, & terras firmas possederit usque ad dictum diem Natuitatis Domini nostri Iesu Christi: ius quæcum sublatum intelligi posse, aut conferri debere. Sic Pontifex, ex quibus manifestè constat omnes terras ultra lineam illam contentas, Regibus Catholicis ab eodem concessas, præter eas, quæ ad Portugaliæ Reges pertinebant, præter quos nullus alius Princeps viquæ ad diem à Pontifice assignatum quidquam possidebat. Cùm ergo amplissima hæc fuerit facta donatio, quando prohibet ne quicquam Principum verè Christianorum illam transgrediatu*re* lineam ad terras inuenientas, sive ad inueniendas, sive pro mercibus vel quavis alia de causa, fine Catholicorum Regum licentia speciali, fatis est illius perspecta mens; alias sibi esset contrarius, dum ex una parte donationem facit, & ex alia copiam vt Princeps quiuis Christianus posuit Reges Catholicos re donata spoliare: siue donatorium falleret; quod est ab Ecclesiæ sincerissimo a-*

gendi ritu penitus alienum: *Ecclesia enim in actibus suis fraudem non debet aliquam adhibere. Cap. Per tuas, de donationibus, de quo dictum num. 3.*

29 Est autem manifestior adhuc prohibito in Bulla tertia citata, quæ incipit, *Dudum squidem, in qua sic idem: Nos volentes etiam vos sauvoribus prosequi gratiosis, mou, & sienia, & potestatis Apostolica similibus, donationem, concessionem, assignationem, & litteras praedicas, cum omnibus & singulis in eisdem litteris contentis clausulis, ad omnes & singulas insulas, & terras firmas, inuenientas & inueniendas, ac detectas & detegendas, que naugando, aut itinerando versus Occidentem, aut Meridiem huiusmodi sint, velsuerint, vel apparuerint, sive in partibus Occidentalibus vel Meridionalibus, & Orientalibus, & Indiae existant, auctoritate Apostolica in omnibus, & per omnia, &c. Et paucis interiectis: Ac quibuscumque personis; etiam cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, sub excommunicationis latæ sententia pœna, quam contra facientes eo ipso incurvant, districetius inhibentes, ne ad partes praedictas ad naugandum, pescandum, vel inquirendum insulas, vel terras firmas, ant quous alio respectu seu colore, ire, vel mittere quoquo modo præsumant, absque expresa, vel speciali vestra, at hæredum, & successorum praedictorum licentia. Sic Pontifex, adeò perspicue ut nullus circa hoc hærcere possit, nisi qui velit lumini esse rebellis.*

30 Callistus item tertius similiter prohibuit, & sub pena excommunicationis latæ sententia, ne quis villa ratione se in ea maria introducat, in quibus Portugaliæ Reges naugationem exercent, quâ nouas prouincias ad Meridionales & Orientales plagas spectantes, à memoria hominum non cognitas, detegunt: prout videri potest apud Dom. Solorzatum Tomo 1. lib. 2. cap. 24. Quæ prohibito & pœna, sicut alia interdicti pro Communib[us], suam vim obtinent, etiam postquam Castelle Regnum Portugaliæ Coronæ suæ felicitate adiunxerunt. Nam Pontifex in praefato Diplomatico de Portugaliæ Regibus, & eorum successoribus in perpetuum loquitur: & tales Catholicæ nostri Reges, licet interruptio inopinata turbulentis hæc temporibus contrarium conata fuerit demonstrare. Sed erit, erit sancè interruptio cadens, de qua Euangelicus varius sic habet: *Propterea erit vobis iniquitas hec sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelsos, quoniam subit, dum non spectatur, veniet contritio eius. Isaie 30. v. 13. Iniquitas quidem cum interruptione deprehensa est, justitia & fidei sacramenta violatis: sed vero interruptio cadens, cadet enim præ infirmitate, viribus penitus desituta, & si quos opprimet, suos dubio procul auctores. Sed sint alij bono animo, quibus id, quod apud Prophetam sequitur, possimus fiducialiter polliceri. Quia hec dicit Dominus Deus Sanctus Israel: si revertamini, & quiescatis, saluieritis v. 15. Sic Deus, sic & Rex noster piissimus, & erga nobilem illam regni sui portionem speciali titulo commiserationis affectus. Vtinam illi sapient & intelligent, & sic reuertentes quiescant, & salvi fiant; neque igne sit opus, aut sanguine, sanguine inquam Chri-*

Quod exteri ab occupatione Indianorum arcendi.

9

C A P V T III.

An Rex Catholicus Ministros Evangelicos in Indias proprijs expensis mittere teneatur, & quales futuri.

Christiano & fraterno, quem propter causam nec justam, nec piam velle prodigere, non potest non infeliciter cedere, & de ore ingenti Christianorum peitorum, eorumdemque offensione constare.

31 Stet ergo non posse Christianos Principes ea, quæ Catholicorum Regum sunt assignata dominio, sine eorum licentia conquirere, & armis, aut aliter occupare. Quod si fecerint, armis poterunt justi possessoris expelli, vt expedit Pontifex citata Bulla, *Dudum, illis verbis: Vobis, ac hæredibus, & successoribus vestris praedictis, per vos, vel alium, seu alios, corporalem insularum ac terrarum, praedictarum possessionem propriâ auctoritate liberè apprehendendi, ac perpetuò retinendi, illasque aduersus quoscumque impudentes etiam defendendi, plenam & liberam facultatem concedentes. Sic ille.*

32 Quam autem hoc conueniens sit, elegerat ostendit P. Suarez Disput. 18. de Fide scđt. 1. n. 7. vbi ita scribit: *& quod hoc potest Pontifex unicuique Principi certos terminos præfigere, quos postea in iustitia transgredi non poterit: sicut factum esse legimus ab Alexandro Sexto inter Reges Lusitanie & Castelle. Et ratio omnium est, quia ita expediat, vt hæc res, quæ in Ecclesiæ grauiissima est, ordinatis fiat: quod maximè est necessarium, tum ad conseruandam pacem inter ipsos Christianos Principes tum etiam ut unusquisque maiore solitudine procuret bonum gentis sibi commissione. Vnde hoc totum pertinet ad Pontificem, tanquam ad principalem motorem, vt sic dicam: nam Reges sunt veluti organa & instrumenta eius; & ideo nullus potest transgredi terminos sibi præscriptos, quia non potest moueri nisi motus. Sic ille.*

33 Quod autem in contrarium adducebatur, non virget, quia de Pontificum mente satis constare jam vidimus. Licet autem non omnes insulæ aut terræ Indicorum trætum ab Hispanis detectæ sint; posunt tamen detegi; & vt numquam detegantur, ob ingentia dampna ex discordiis inde emersuris, quibus principale negotium propagationis fidei impedendum, potest occupatio talis prohiberi, etiam si lux Euangelij, quæ illis inferri potest, magnum earumdem bonum sit, quo videntur tali prohibitione priuari: illud enim omitti potest, cùm incertum sit, & maius bonum in eo genere stare possit, dum Catholicæ Reges sine impedimento valent in fidei dilatatione procedere. Dixi *Incertum*, rerum experientia teste, etià quibusdam Principibus, vt à Gallis olim in Brasilia, & alibi: (nam de Anglis, & Hollandis hæresum venenis infectis, res est penitus explorata) terræ quædam occupatae sint, nihil propterea aut parum fides Christiana prouexit. Cùm id etiam compertum sit in huiusmodi classibus multos hæreticos milites, & rei maritimæ administratos commissari: quod semper timendum: vnde pro exaltatione fidei nihil, quod momenti alicuius futurum sit, cum sufficiente potest fundamento sperari, sed potius damna non leuia pertimeri.

36 *Probos:* Quia si improbi, nihil efficiemus. Quis crederet auditu nostro, quando fidem dictis detrahunt mores pessimi, & mendax haberi potest, qui manifestè probatur impunitus exploratus? Semel malus semper presumitur esse malus. Sic Regula 8. juris in 6. Sed credant utrumque: facilis facta quæcum verba sequentur eorum, qui se Patres dicunt, & per Euangelium in Christo Iesu filios se genuisse gloriantur. Pulchre & robuste Iuuinalis, Satyrus 14. circa hoc Philosophatus, vbi ex multis illud:

Sic natura jubet; velocius & citius nos Corrumpt vitiorum exempla domestica, magnis Cum subeant animos auctoribus. Unus & alter

Forsitan

Messis Indiæ operarijs indiget ex Europa mittendis,

Fr. Joannes de Silua.

Probos regiū Pontifex, quia facta parentum magis quam verba sequuntur.

Iuuinalis.

Probos regiū Pontifex, quia facta parentum magis quam verba sequuntur.

Probos regiū Pontifex, quia facta parentum magis quam verba sequuntur.

Probos regiū Pontifex, quia facta parentum magis quam verba sequuntur.

Probos regiū Pontifex, quia facta parentum magis quam verba sequuntur.

Probos regiū Pontifex, quia facta parentum magis quam verba sequuntur.